



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd immundi spiritus in hoc coeli, terræque medio vagentur. xlix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

prophetarum eius. Sed quia Ahab rex peccatis praecedentibus dignus erat, ut tali debuisset deceptione damnari, quatenus qui saepe volens ceciderat culpa, quandoque nolens caperetur ad poenam: occulta iustitia, licentia malignis spiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati poenam etiam nolentes trahant. Quod ergo illic a dextris atque sinistris Dei, exercitus caeli assistisse describitur, hoc hic inter filios Dei satan adfuisse perhibetur. Ecce a dextris Dei steterunt angeli, qui nominantur filii Dei, ecce a sinistris stant angeli: quia adfuit inter eos etiam satan.

Quod immundi spiritus in hoc caeli terraeque medio vagantur. Cap. XLIX.

PAULO ante iam diximus, unde & aues caeli nominamus. Et scimus, quod immundi spiritus, qui a caelo a thereo lapsi sunt, in hoc caeli terraeque medio vagantur. Qui tanto magis corda hominum ascendere ad caelestia inuident, quanto se a caelestibus per elationis suae immunditiam proiectos vident.

Grego. in suis moralibus dicit.

De hoc si pax in sublimibus retineatur. Cap. L.

SED inter haec libet inquirere, si pax in sublimibus summa retinetur, quid est quod per angelum Danieli dicitur? Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi, xx. & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus, primus venit in adiutorium mihi. Et paulo post: Nunc reuertar ut praelier aduersus principem Persarum. Cu enim egrederer, apparuit princeps Graecorum adueniens. Quos itaq; alios principes gentium nisi angelos appellat, qui sibi resistere exeunti potuissent? Quae ergo esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoq; angelicos spiritus praeliadi certamen agitur, qui semper conspectui veritatis assistunt? Sed quia certa angelorum ministeria dispensandis singulis, quibusq; gentibus sint praelata, cum subiectorum mores aduersum se vicissim praepositorum spiritu opemertat, ipsi qui praesunt spiritus contra se venire referantur. Is namq; angelus, qui Danieli loquebatur, captiuus Israelitici populi in Perside constitutus praelatus agnoscitur Michael autem eorum, qui ex eadem plebe in Iudaea terra remaserat,

Ex iisdem.

RR iiii